



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XIX. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

Pol. l. 6. tit. 4. Ivo par. 8. c. 166. Pann. l. 6. c. 93.
 Inscriptio capitis 26. Neque furiosus. eadem quaestione est: Item Fabianus Papa. In margine est: Paullus ibidem. Sent. ibid. Polyc. ibidem (scribe ibidem) Anselm. l. 10. c. 28. Bura. l. 9. c. 30. Ivo par. 8. c. 168. Pann. l. 6. c. 92.

(12) In eodem libro inscriptio capitis 6. Inter hæc. 33. q. 2. hæc est: Hinc idem Nicolaus scribit Albino Archiepiscopo. In margine hæc sunt: Sent. ibidem (hoc est, sent. 4. dist. 38) Polyc. l. 6. tit. 10. Ivo p. 8. c. 124. & 333. Pann. l. 7. c. 14. Vide dialogum 17. huius libri additione tertia.

DE EADEM RE.

Dialogus Decimusnonus.

A. UT suave est navigantibus, post varias multorum dierum agitationes, è longinquo portum videre, aut patriæ suæ mœnia atque turres adgnoscerè, sic mihi videor non injocundè portum videre post nostræ peregrinationis cursum atque sermonum quibus de Nicolai incertis capitibus egimus, cùm hodie undecim capitibus discussis, quæ reliqua sunt, finem facere licebit. Namque titulus XIX. de impedimentis matrimonij sex habet capita, XX. titulus de bellis quinque. Primum igitur caput prioris tituli, cujus principium est *Nosse desideras a*, ita inscribitur apud Gratianum *Nicolaus Salonitano Episcopo. Salomonitano* apud Ivonem *b* in Panormia edita, *Salemonio* in veteri & in excerptionibus. *Saleminio* est in libro Cæsaraugustano *c*. *Nicolaus ad Salemoniam* in Tarra-

a 30. q. 1. c. 3.
 Nosse.
 b Ivo lib. 6.
 tit. 11. c. 5.
 Pan. r. &
 par. 1. c. 136.
 dec.
 c C. c. f. lib. 10.
 c. 71.

d *Tarrac. lib.*
6. c. 132.
e 30. q. 4. c. 1.

f *Ivo lib.* 7.
tit. 9. c. 1.
Panorm. &
par. 1. c. 137.
& par. 9. c.
35. decr.

g *Cæs. lib.* 10.
c. 131.

h *Tarrac. lib.*
6. c. 268.
i 30. q. 1. c. 6.
De his.

k *Ivo lib.* 6.
tit. 11. c. 7.
Panorm. &
par. 1. c. 304.
decr.

l *Cæs. lib.* 10.
c. 135.

m 30. q. 3. c.
1. Ita.

n *Ivo lib.* 6.
tit. 11. c. 4.
Pan. & par.
1. c. 135. &
par. 9. c. 34.
decr.

o *Anf. lib.* 10.
c. 72. in ad-
dit.

p *Cæs. lib.* 10.
c. 130.

q *Gal.* 5. c.

conenfi d. (1) Sed & fortasse verior est in-
scriptio capitis quarti *Sciscitatur e, Salomoni*
Constantiensi Episcopo; quæ tam apud Gra-
tianum quam apud Ivonem f in utraque col-
lectione & in libro Cæsaraugustano g extat,
quamvis in Tarraconenfi h vox *Constantiensi*
desideretur. B. Non displicet conjectura. Sed
utrumque caput incertum est etiam selectis
viris. (2) A. Capitis secundi, cujus initium
De his qui filiastris i, in scriptio apud Gra-
tianum est: *Nicolaus Papa Rodulpho Bitu-*
ricensi Episcopo. & apud Ivonem k non dif-
finitis est. *Archiepiscopo*, pro *Episcopo*, est
in Cæsaraugustano l & apud Cochlæum. B.
Hoc etiam caput in incertis numeratur. (3)
A. Quod sequitur, *Ita diligere debet m*, ex-
stat in responsis ad consulta Bulgarorum ca-
pite secundo; idque etiam adfirmant Ivo n &
Anselmus o & Gratianus & Cæsaraugustanus
liber p, licet in numero capitis errent. Sed in
verbis referendis multum sibi sumunt, cum
alia omittunt, alia adscribunt, alia brevis
dicunt. Nos id tantum dicamus quod pro il-
lis est: *Item. Est inter fratres & filios spiri-*
tuales gratuita & sancta communio &c. Nul-
la verò inter eos & filios eorum consanguinitas
est, quoniam spiritus ea qua sanguinis sum-
nescit. Caro enim, secundum Apostolum q,
concupiscit adversus spiritum. Hac enim in-
vicem adversantur. Est tamen alia inter eos
gratuita & sancta communio &c. Ex his ver-
bis apparet non rectè *inter fratres* apud Gra-
tianum scribi, sed *inter patres* esse scriben-

dum, ut etiam Ivo habet & liber Cæsarau-
 gustanus. (4) Nunc ad quintum caput ve-
 niamus, cujus initium est *Si quis cum matre*
r. quod Nicolao adscribitur ab Ivone *f* &
 Gratiano. Sed Gratianus non adjecit ex qua
 epistula. Ivo addit *ex epistula missa Carolo*
Archiepiscopo & ejus suffraganeis. Hodie ex-
 stat in Concilio Vormaciensi cap. xxxiv.
 quod rectè in margine Ivonis est adscriptum.
 Est autem in eo Concilio & apud Ivonem
 scriptum: *Si quis cum commatre spirituali fue-
 rit fornicatus, usque ad dignam pœnitentiam*
anathematis percutiatur ictibus. (5) Capitis
 sexti, cujus initium *De consanguinitate t*, in-
 scriptio est apud Gratianum hæc: *Nicolaus*
Papa Amalphantæ Ecclesiæ suffraganeis. Sed
 verius est scribendum esse: *Nicolaus secun-*
dus in Concilio Romano cxiii. Episcoporum.
 (6) Extremi tituli de bellis caput primum
Monomachiam u Gratianus inscripsit *Ex*
decretis Nicolai Papa. Ivo x quoque in ex-
 cerptionibus & in epistulis solum Nicolai no-
 men adscripsit. Burchardus y videtur ad epi-
 stulam ad Carolum Regem referre. Tu no-
 bis certiora ostendes. B. In epistula ad Caro-
 lum Regem, cujus initium *Nil aque* sive
Nunquam aque, verba ejus capitis sunt, quæ
 ita scripta leguntur: *Monomachiam verò in*
lege assumi nusquam præceptum fuisse reperi-
mus: quia licet quosdam iniisse legerimus &c.
 (7) A. Caput secundum, cujus initium est
Quin etiam prefato z, pars est capitis *Aucto-*
ritatem, de quo diximus a cùm de titulo

r 33. q. 2. c.
 17. Si quis.
 f Ivo lib. 7.
 rit. 9. c. 2.
 Pan. & par.
 1. c. 138. &
 par. 9. c. 36.
 decret.

t 35. q. 2. &
 3. c. 17. De
 consanguini-
 tate.

u 2. q. 5. c.
 22. Mono-
 machiam.
 x Ivo par. 8.
 c. 187. decret.
 & epist. 68.
 vel 31. ad Ce-
 nomanen. E-
 pisc. & epist.
 200. vel 74.
 ad Gulliel.
 militem.
 y Burch. lib.
 9. c. 51.

z 15. q. 6. c. 2.
 a Dial. 13.

quarto ageremus. (8) Tertium caput, *Omnium vestrum b*, hanc habet apud Gratianum inscriptionem: *Nicolaus exercitui Francorum*. Apud Ivonem *c* in excerptionibus Leonis quarto in epistula missa exercitui Francorum adscribitur; ex qua aliud caput est apud Gratianum *d*. In Panormia Ivonis *e* Alexandro secundo videtur adscriptum. Illud quidem certè constat, meliùs & plenius apud Ivonem in utraque esse collectione quam apud Gratianum; nisi tibi aliud videatur. B. Hoc ipsum probo, nihilque habeo quod his addam. (9) A. Veniamus igitur ad quartum caput, *Si nulla urget necessitas f*, quod esse ex responsis ad consulta Bulgarorum cap. XLVI. Ivo *g* & Gratianus scribunt. quod mendosum est in libro Cæsaraugustanob. Si quis integrum caput legerit, alia videbit à Nicolao dicta non contemnenda. (10) Extremum caput, cuius initium est *Illi qui pregrinos i*, ita inscribunt Ivo *k* & Gratianus: *Nicolaus omnibus Episcopis*. Tuam de hoc capite sententiam expecto. B. In incertis collocandum esse censeo. (11) A. Nos nostrum pensum absolvimus. Vestrum est ut de aliis incertis capitibus Nicolai à Cochlæo prætermittis dicatis. B. Non multa sunt ab eo prætermittis. Initio quod à Gratiano dicitur distinctione XXI I I. *l* Item ex sexta synodo. Vnde *Nicolaus Papa*, mendosum est; ac meliùs Ivo in Panormia nihil de sexta synodo scripsit. Sed ut ex Ivonis & Gratiani verbis relatis constat, à Nicolao minore synodus ea habita est Romæ anno

b 23. q. 5. c.
46. Omnium.

c Ivo par. 10.
c. 87. decret.

d 23. q. 8. c.
9. Omni.
e Ivo lib. 8.
tit. 4. c. 16.
Panor.

f d. q. 8. c. 15.
Si dulla.
g Ivo lib. 8.
tit. 4. c. 23.
Panorm. &
par. 10. c. 93.
decr.

h Cæs. lib. 7.
c. 11.

i 24. q. 3. c.
25. Illi qui.
k Ivo lib. 5.
tit. 3. c. ult.
Panor.

l Dist. 23. c. 1.

m Ivo lib. 3.
tit. 1. c. 1.
Panor.

Christi MLIX. in qua fuerunt Episcopi octuaginta sex. Fit etiam in ea mentio Henrici Imperatoris & Stephani Pontificis. quæ à primo Nicolao aliena sunt. Rectè igitur Demochares Nicolao minori adscripsit id caput, & Cochlæus omisit id in Nicolai primi capitibus. (12) De alio capite omisso distinctione xxvii. n à te dictum est o. Tertium caput est distinctione xxxiii. cuius initium *Clerici qui p.* id in incertis numerant selecti viri. Quarti capitis mentio à te facta est q, cuius initium est *De his Clericis r.* (13) De quinti capitis inscriptione hodie actum est, licèt cum aliqua varietate scripta sit apud Gratianum caussa xv. quæstione quinta extrema f; *Nicolaus Soloni Constantiensi Episcopo.* Apud Ivonem t est *Salomoni pro Soloni*, tam in excerptionibus quàm in epistula ad Hildebertum Cenomanensem Episcopum. Sine inscriptione est in libro Cæsaraugustano u. (14) Sextum caput x falso Nicolao primo adscribitur. Est enim Nicolai secundi in Concilio Romano, quod exstat, cxiiii. Episcoporum. Hæc etiam verba Alexandri secundi esse dicuntur apud Gratianum y & in libro Cæsaraugustano z. (15) Caput septimum nomen Nicolai habet apud eundem Gratianum a. *Ex Concilio Arausico* est apud Anselmum b. quod illic non inveni. Incertum igitur relinquatur. (16) Duo his capita c addimus, quæ in magna epistula ad Michaëlem Imperatorem, de qua sæpius dictum est, inveniuntur. Sed eorum alterum

n *Dist. 27. c. 7.* Nam si.
o *Dial. 17. lib. 1.*
p *Dist. 33. c. 4.* Clerici.
q *e. dial. 17. r Dist. 50. c. 6.* De his.

f *15. q. 5. c. ult.*
t *Ivo par. 6. c. 122. decr. & in epist. 201. sive 77.*

u *Cæs. lib. 15. c. 36.*
x *16. q. 2. c. 32. Præcipimus.*

y *Dist. 32. c. 6.* Præter. *in fine*
z *Cæs. lib. 8. c. 44.*
a *16. q. 5. c. 1.*
b *Anf. lib. 5. cap. 9. in Roma.*

c *24. q. 1. c. 36.* A pertè. &
c. 37. *Miratur.*

d Ivo lib. 5.
tit. 5. c. 12.
Panorm. &
par. 14. c. 59.
decr.

e 35. q. 9. c.
4. Apostoli-
ca & c. 6.
Sententiam.

f Ivo lib. 5. c.
19. decr.
g Anf. lib. 1.
c. 72.

adscribunt Gratianus & Ivo d Nicolao ad clerum Constantinopolitanum, alterum solum habet Nicolai nomen apud Gratianum. Rectè Demochares notat, in posterioris margine, unde id sumptum sit. A. Magna pars exstat in Concilio Ephesino. B. Ita est ut dicis. (17) Ad extremum duo etiam capita videntur esse omissa, quæ Gratianus posuit causa xxxv. quæstione ix. e quorum alterum incipit *Apostolica sedis*, idque Gregorio inscriptum est; alterius initium est *Sententiam Romanæ sedis*, quod rectè Demochares ait esse sumptum ex epistula ad Michælem Imperatorem. quod etiam apud Ivonem f & Anselmum g notatur. Illud non Gregorij est, sed Nicolai in epistula ad omnes Episcopos in Ludovici regno existentes, cujus initium *Gaudemus*, & in epistula ad Ludovicum Regem, cujus initium est *Epistulam serenitatis vestre*. Ex quibus pro illis verbis, *tanta patientia & maturitate decoquitur*, scribendum est: *tanta sapientiæ maturitate decoquitur*. & pro illis, *ut nec immutari*, scribendum: *ut retractatione non egeat, nec immutari*. (18) Hæc sola sunt à nobis inventa, quæ dedita fortasse opera, aut, ut fit, humana negligentia prætermisâ sunt. A. Gratum mihi fuit quod dixisti. Alio die de non editis Hispaniæ Conciliis agemus.

A D D I T I O N E S.

(1) G R A T I A N I verba sunt in editione Gregoriana, ante caput 3. *Nosse desideras*. 30.

q. 1. E contra verò scribit Nicolaus Salonitano Episcopo
dicens. Et in margine est: *Al. Salamonio. Sent. 4.*
distin. 42. Ivo p. 1. c. 136. Pan. lib. 6. c. 124. Dist.
28. Si quis docuerit. & *dis. 31. Quicumque.*

(2) Eadem caussa quæst. 4. ante caput 1. hæc verba
sunt in eodem libro: *Vnde Nicolaus Papa scribit Con-*
stantiensi Episcopo Salomoni. Sciscitatur à nobis &c.
In margine est: *Sent. ibidem (hoc est, Sent. 4. dist.*
42.) *Ivo p. 1. c. 137. & p. 9. c. 35. Pann. l. 7. c. 63.*

(3) Quod attinet ad caput 6. *De his qui.* 30. q. 1.
in libro Romano ita inscribitur: *Item Nicolaus Papa*
Rodulpho Bituricensi Episcopo. In margine est: *Ivo p.*
1. c. 304. Pann. l. 6. c. 126.

(4) Caput primum 30. q. 3. in eodem libro ita in-
scriptum est: *Nicolaus Papa respondens ad consulta*
Bulgarorum c. 2. testatur ita dicens. Ita diligere debet
&c. In margine hæc sunt: *Sent. 4. dist. 42. Ivo p. 2.*
c. 135. & par. 9. c. 34. Pann. l. 6. c. 123. Ivo serm. 1.
de rebus ecclesiasticis.

(5) Hæc est in eodem libro inscriptio capitis 17. *Si*
quis cum matre. 33. q. 2. *Item.* Et in margine est: *Al.*
Idem. In eodem Concilio (Vuormaciensi) c. 34. Ivo
par. 1. c. 138. & part. 9. c. 36. Pann. l. 7. c. 64. In
Notis est: Cum matre] Sic in Pannormia & apud
Ivonem par. 9. c. 36. Sed apud eundem par. 1. c. 138.
legitur: Si quis cum commatre. sicut etiam in Conci-
lio Vuormaciensi. Quos enim] Hæc non sunt in Vvor-
maciensi neque apud Ivonem, sed ferè eadem in Pan-
normia.

(6) Ante caput 17. *De consanguinitate.* 35. q. 2. &
3. in eodem libro hæc verba sunt: *Item Nicolaus Papa*
II. Amalphantana Ecclesia suffraganeis. In margine
est: *Habetur in synodo Episcoporum. 113. in basilica Con-*
stantiniana c. 11. & 12. Sent. ibidem (hoc est, Sent.
4. dist. 40.)

(7) Inscriptio capitis 22. *Monomachiam.* 2. q. 5.
in eodem libro hæc est: *Item ex decretis Nicolai Pa-*
pæ. In margine hæc sunt: *Burc. l. 9. c. 51. Ivo p. 8. c.*
187. Ad illa verba, in lege non assumimus, additur:
in legem assumi nusquam præceptum reperimus. orig. In
Notis est: Epistola scripta Carolo Regi patruo Lotha-

rij (ex qua caput hoc est acceptum) extat Roma in indice saepe citato monasterij Dominicanorum: in qua inter alia refertur Lotharium, cum scire vellet an Theuperga sive Thietberga (ut vocat Rhegino) ipsius uxorem adulterium patrasset, voluisse duos homines monomachiam committere; ita ut si ille qui partes Theuperga tueretur caderet, ipsa plane adulterij convicta censeretur. Hocque valde reprehendit Nicolaus, docens hanc non esse legitimam rationem probandi crimina, (quavis in Longobardicis constitutionibus & in Capitularibus habeatur) sed potius nihil aliud esse quam Deus tentare. Addit vero denegatam fuisse à Lothario Theuperga justam purgationem his verbis: Sed de adulterio illa coram Missi nostri praesentia purgare se voluit: sed ipse non annuit. Totam hanc historiam describit Rhegino lib. 2. Chronicorum. Ex his vero ostenditur rubricam hujus capituli apud Gratianum nimis esse generalem; quippe cum Nicolaus hoc tantum velit demonstrare, non esse utendum monomachia ad purgationem.

(8) De inscriptione capituli 2. Auctoritatem. 15. q. 6. scriptum est dialogo 13. hujus libri, additione septima.

(9) Capituli 46. Omnium. 23. q. 5. in eodem libro inscriptio est: Item Nicolaus exercitui Francorum. In Notis additur: Ivo parte 10. c. 87. vers. omnium vestrum. hoc idem citat ex epistola Leonis quarti ad exercitum Francorum, ubi etiam affert id quod infra ead. q. 8. c. Omni timore. ex eodem Leone refertur. In margine est: Ivo par. 10. c. 87. Pann. l. 8. c. 30. Capituli 9. Omni timore. 23. q. 8. inscriptio est: Idem (hoc est, Leo quartus) exercitui Francorum. In margine est: Pann. l. 8. c. 30. Addi debuit: Ivo p. 10. c. 87.

(10) Eadem quaest. 8. cap. 15. Si nulla. in eodem libro inscriptio est haec: Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum c. 46.

(11) Ante caput 25. Illi qui. 24. q. 3. haec in eodem libro verba sunt: Item Nicolaus Papa omnibus Episcopis. In margine est: Pann. l. 5. c. 114.

(12) Gratiani verba sunt ante caput 1. dist. 23. in

eodem libro: *Vnde Nicolaus Papa II. in Conc. Lateranensi. In margine est: Pann. l. 3. c. 1. In Notis: Hujus decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro abbatie monasterij Farfensis litteris Longobardicis ante annos panè quingentos scripto, & alibi. Vid. lib. 1. dial. 9. add. 7.*

(13) De inscriptione capitis 7. *Nam si. dist. 27. scriptum est dialogo 17. addit. 3. hujus libri. Et de inscriptione capitis 6. De his. dist. 50. in eodem dialogo 17. addit. 2.*

(14) Posterioris capitis, cujus initium est *Presbyter. 15. q. 5. in eodem libro inscriptio est: Item Nicolaus Salomoni Constantiensi Episcopo. In margine est: Ivo p. 6. c. 122.*

(15) Inscriptio capitis tertij *Præcipimus. 16. q. 2. in eodem libro hæc est: Item Nicolaus Papa II. epist. unica c. 5. Et in margine est: dist. 32. Præter hoc. par. Deinde.*

(16) Ejusdem causæ quæst. 5. caput 1. hanc habet inscriptionem in eodem libro: *Vnde Nicolaus Papa ait. Si quis Episcopos. &c. In margine est: Ans. l. 5. c. 9. Et in Notis: Anselmus citat ex Arausico, in cuius 10. capite ferè idem legitur.*

(17) Capitis 36. *Apertè. 24. q. 1. in eodem libro hæc inscriptio est: Item (Nicolaus vel Cælestinus Papa) ad clerum Constantinopolitanum. In margine est: Nicolaus ibidem (est epist. 7. Michaëli Augusto) ex eodem Cælestino ad Clerum Constantinop. Et: Ivo par. 14. c. 59. Pann. l. 5. c. 135. Et in Notis: Hinc etiam citatur à Nicolao alia epistola ejusdem Cælestini quæ est inter acta ipsius Concilij Ephesini. Intellexistis] Hic incipiunt propria Nicolai verba. Capitis 37. *Miramur. eadem quæstione inscriptio est: Idem Nicolaus Papa ibidem paulo inferius. In margine est: In can. Apost. 32. al. 34. & in Conc. Antioch. c. 7.**

(18) Hæc etiam est in eodem libro inscriptio capitis 4. *Apostolica. 35. q. 9. Item Gregorius. In Notis est: Apud Anselmum & Polycarpum citatur ex epistola Nicolai Papa ad Regem Carolum. Extat in codice sæpe memorato monasterij Dominicanorum in epi-*

stola Nicolai qua inscribitur ad Ludovicum Regem, & in altera ejusdem ad Episcopos omnes in regno Ludovici, qua incipit *Gaudemus*. In margine est: *Dedit ibidem* (hoc est, p. 1.) *Polyc. l. 5. tit. 6. Anf. l. 2. c. 69.* Inscriptio capitis 6. *Sententiam*, eadem quaestione est hæc: *Item Nicolaus Papa ad Michaëlem Imperatorem in epistola septima.* In margine hæc sunt: *Anf. l. 1. c. 75. Ivo par. 5. c. 19.* Et in Notis: *Voluerit*] Sic etiam in originali impresso. sed *Anselmus* & *Ivo* habent *renuerit*. Vid. dial. 13. add. 10.

DE HISPANIÆ CONCILIIIS NON editis, & de aliis veteribus libris.

Dialogus vigesimus.

C. QUÆNAM sunt ea quæ dixisti non edita Hispaniæ Concilia? **A.** Septem Toletana Concilia, duo Cæsaraugustana, duo Barcinonensia, Emeritense, Oscense, Egarense, & cum his conjungitur ex Gallia, Narbonense. **C.** Præclara quidem nomina & nostris æqualibus ac præceptoribus inaudita. nec sat scio an Gratianus his unquam usus fuerit; uno excepto Emeritense, quo illum mutato nomine inveniri dicebas usum. Toletana autem, quæ Gratianus sæpe refert, Concilia, & ex Cæsaraugustano quædam, omnia ferè in editis voluminibus exstant. **A.** Qua ratione Emeritense vidit & quædam Toletana non edita, potuit etiam cetera legere. Sed age videamus capita quædam ex his Toletanis accepta. *Causa xxvi. quaestione v. caput illud, cujus initium Quicumque sacer-*

Dial. 3. lib. 1.

*26. q. 5. c. 13.
Quicumque.*